

12. a/4. c. localia 1.2.2.

77

et singula, tam vilia quam preciosa, in bonis ecclesie inventa, vidualia quoque
in frumento et vino in castis ecclesie pro conservatione communi deposita,
omnia insuper utensilia et suppellectilia, vasa aurea atque argentea, univaria
preciosa sive ad profanos usus sive ad ministerium altaris et pontificali offi-
cium deputata in unum congregata, studiose pro camera sedis apostolice ad
Romanam curiam asportavit, dictam Coloniensem ecclesiam cum
maximo omnium scandalo inusitate dampnabiliter spolians. Propterea
sepe dictus Adolphus de nobili Coloniensi ecclesia rei transla-
tor, de cuius quidam indole meliora sperabantur, contra spemque
et ad ea, quae suis conveniebant moribus, animum maxime convertens.
Nam sicut postea in propatulo clauit, ipse non proposuit in domo
remanere cepit etiam ipse bona ecclesie, quae super eum poterant
licentissime dissipare, astra et possessiones ecclesie destrudere, alia cre-
ditoribus obligando, alia in laicorum beneficia dispergendo, et
maiora prioribus debita cumulo. Ad ultimum vero cum ipse
dictam Coloniensem ecclesiam cum tanto eiusdem discrimine
per spatium decem mensium atque dimidii administrationis, aspi-
rans ad laicatum, et ^{substantiam} iam metuens depositionis sibi depro-
prio in minere, de necessitate virtutem faciens, ipsam Colo-
niensem ecclesiam per procuratores in manus dicti compa-
pape Urbani resignavit, anno videlicet domini 1364 die
Aprilis 15, asportans secum pecunias et preciosa quaeque,
quae de bonis ecclesie promptioribus sibi poterant superesse.
Utrum autem cessio vel resignatio huius modi ipsius Adolphi
pura fuerit et simplex, an inter ipsum et successorem eiusdem
pacta aliqua vel conventiones pessime intervenierint, ^{ne} suspicio
ex conjecturis verisimilibus quidem non caret, ^{ne} nimis
dubium non existit. Constat namque, quod idem Adolphus
post suam cessionem sibi retinuit per omnia tempora successoris
magna, atque notabilem partem possessionum, reddituum et bono-
rum ecclesie, videlicet castrum et oppidum Bernechem theloni-
um et toto districtu. Suspicionis quoque huiusmodi opinio con-
augerat vehementer, quod idem Adolphus post obitum successo-
ris sui, qui fuit pater eius ipsius, et post cessionem suam in
locum suum, sicut infra patebit, translatus, petiit sibi
assignari plura bona et possessiones ecclesie, videlicet opi-
dum Koupenhe et castrum Oyde cum districtibus eorum
condictis et forma terrarum et ^{lit.} instrumentorum dicti successoris patris

9. de 2.